

Edmund Ilcewicz

Wstępne postępowanie sądowe

Prawo Kanoniczne : kwartalnik prawno-historyczny 19/1-2, 339-343

1976

Artykuł został zdigitalizowany i opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej [bazhum.muzhp.pl](#), gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

Z PRAKTYKI SĄDOWEJ

Wstępne postępowanie sądowe

Przepisy prawa kościelnego ściśle i dokładnie określają warunki wszczęcia procesu kościelnego.¹ Właściwy sędzia nie może przy tym odmówić rozpoznania sprawy, o ile zainteresowane strony zwrócią się w sposób prawny o rozstrzygnięcie sporu na drodze sądowej. Kodeks Prawa Kanonicznego przewiduje nawet kary w wypadku zaniedbania sędziego.²

W razie doniesienia o nieważności małżeństwa promotor sprawiedliwości, zanim wniesie formalną skargę powodową, powinien najpierw przeprowadzić dochodzenie wstępne.³ Powstaje wątpliwość, czy sędzia ma prawo również przed wydaniem dekretu przyjmującego względnie oddalającego skargę przeprowadzić postępowanie wstępne.

Wyraźnych przepisów prawnych nie ma. Niektórzy kanoniści nie tylko przyjmują tego rodzaju możliwość, ale co więcej uważają, że postępowanie wstępne w pewnych wypadkach jest pożyteczne, a nawet konieczne.⁴ Inni przeczą temu. Dotychczasowa praktyka trybunałów kościelnych w Polsce opowiadała się za tego rodzaju postępowaniem. Czy jest ona jednak zgodna z obowiązującymi przepisami prawa kościelnego?

Mając wątpliwość w tej materii zwróciłem się do J. Em. Ks. Kard. Peryklesa Felici, przewodniczącego Pontificia Commissio Decretis Concilii Vatican II Interpretendis, z zapytaniem:

1. Utrum tribunal possit investigationem praeiudicalem seu communicativam, ut ita dicam, ante admissionem aut reiectionem libelli peragere?

2. Utrum in hoc casu tribunal possit legitime citare partes ac testes in aedes Iudicii ad deponendas relationes praeiudiciales seu communicativas?

Na powyższe pytania otrzymałem odpowiedź, którą cytuje poniżej w dosłownym brzmieniu.

¹ Kan. 1706 — 1710.

² Kan. 1625 § 1.

³ Por. art. 41 § 1 Provida.

⁴ Biskupski S. ks., *Prawo małżeńskie*, t. II, Olsztyn 1960 r., str. 166.

E Civitate Vaticana, die 25 Marzo 1975.

PONTIFICA COMMISSIO
DECRETIS CONCILII VATICANI II
INTERPRETANDIS
Prot. N. 567/75
(In responsione fiat mentio huius numeri)

Eccellenza Reverendissima

In merito alle domande che l'Eccellenza Vostra Reverendissima ha rivolto a questa Pontificia Commissione, con distinta lettera del 23 dicembre scorso, (qui quinta solo il 9 di febbraio c. a.), mi reco a premura di inviarle un voto fatto fare in merito ad un Consultore e che servira ad illuminare le questioni proposte.

Prego Vostra Eccellenza di accogliere la viva espressione dei migliori voti augurali per la Sancta Pasqua, mentre con sensi di distinto ossequio mi confermo.

di Vostra Eccellenza Reverendissima
dev mo
(—) Pericle Card. Felici

A Sua Eccellenza Reverendissima
Monsignore EDMUND ILCEWICZ
Vescovo tit. di Trevico
Ausiliare di Lublin

RESPONSUM AD DUBIA

Quid nomine investigationis praediudicialis seu communicativae veniat pro certo non habemus, termini enim sunt peregrini et insueti, sed proxim apud Tribunalia nonnulla saltem in America Septentrionali inolitam comprehendi censemus, ubi informationes quaedam colligi, immo et sententia periti cuiusdam exquiri, solet, ne libellus perperam, cum temporis et pecuniae iactura, admittatur. Haec vero investigatio rite „praediudicialis” vocatur nam ex ea admissio vel reiectio et ipsa iudicij existentia pendet.

Canon 1730 probationes per testes vel aliter (e. gr. exquirendo sententiā peritorum) ante contestatam litem recipi vetat, nisi in duobus casibus, qui sunt (1) si pars est contumax, secus instructio in perpetuum impedietur, et (2) si depositio testis recipii postea nequeat aut difficulter possit. Agitur ergo de quadam instructione anticipata et probationes quas citatus canon colligi permittit meritum causae respiciunt et a iudicibus de sententia deliberantibus perpendi debebunt. Prohibitio probationes colligendi urget tum ante tum post admissum libellum, usque ad constationem litis.

Verum probationes ante contestatem litem colligi prohibentur in primis ut logicus ordo servetur, sed praesertim ne huiusmodi probationes, obiecti litis nondum accurate statuto, infra vel ultra vel extra obiectum litis fuisse inveniantur, quocirca insufficientes vel superfluae sint, quas deinde per novam instructionem compleri necesse erit. Iamvero haec duplex investigatio de eadem vel quasi eadem re cum nova earundem personarum interrogatione iudicio plurifariam nocere potest.

Investigatio praejudicialis seu communicativa de merito causae prohibetur non tantum canone 1730 sed, fortiore ratione, ipso suo fine et scopo, qui naturae libelli et instituto admissionis vel rejectionis libelli contradicit, prout canone 1609 et 1709 luculenter constat. Finis enim libelli est tantummodo ut iudex alteram partem citare et relationem processualem completere possit, ut iudicium de merito deinde, praevio contradictorio partium, haberri possit. At decisio de merito seu de veritate rei controversae nonnisi inter partes statui potest; sed ante admissum libellum altera pars nondum advenit, nondum est citata, et contradictorium et decisio fieri nequeunt. Opus ergo iudicis canonibus 1609 et 1709 circumscribitur, debet enim inprimis videre utrum ipse sit competens necne, necnon utrum actor personam habeat standi in iudicio, quae nonnisi ex libello sciri possunt. Quae si constant, libellum admittere debet; si non constant, reiecere debet, allegatis causis; si dubia sint, non esset improbandus qui, ad dubia dissipanda, informationes quaerat (e. gr. utrum assertus locus commorationis revera in hac dioecesi sit, vel de natura contractus cuiusdam nominati, vel de allegato iure particulari), ut libellus, quin cum temporis et sumptuum iactura reiciatur, admitti possit; at huiusmodi investigatio non est illa „praejudicialis”, meritum causae afficiens, de qua in casu quaeritur. Iudex tamen ante contestationem litis meritum causae non perpendit nec informationes colligere potest. Ipsa reiectio libelli, post praescriptum examen canonum 1609 et 1709, „non parvam continet difficultatem, ne iustitiae ministerium vedeatur denegata, causa non discussa” (Lega, II, p. 517, num. 8).

Canones 1609 et 1709 propterea statuunt causae meritum non esse considerandum ante admissum libellum, id quod ulterius patet, quod huius finis est disputatio et disceptatio statuenda inter actorem et adversarium, adhuc citandum, qui se iudicii nondum stetit. At reiectio libelli vi investigationis praejudicialis id efficit ut numquam contradictione vel disceptatio fiat. Si iudex disputationem cum actore instituit, monstrum iuridicum parit, rem enormem quae indoli fori repugnat; si libellum excludat sine discussione, actori ius defensionis negat, ius argumenta sua in forma judiciali proponendi adimit; si libellum admittat partem quandam instructionis causae inutiliter anticipavit.

Obicit forsitan quispiam necesse esse ut appareat „haud temere fuisse petiti onem exhibitam” (Instr. *Provida*, Art. 57, n. 2^o). Cui respondemus sufficere ut indicetur „quo iure innitatur actor ad comprobanda

ea quae allegantur et asseruntur" (*ibid.*), quin necesse sit allegata probare, haec enim enucleatio argumentorum „pertinet ad probationis et defensionis periodos" (*ibid.*) Iudicis officium est tantummodo indagandi quae ad processus praesupponuntur tum ipsa petitio" (Wernz-Vidal, *De Processibus* n. 373, II).

Decisionem iudicis secundum canones 1609 et 1709 citra examen meriti causae sistere affirmat Roberti: „Petitio ipsa debet quoad substantiam et quoad formam examinari: Quoad substantiam iudex debet examinare cum omnia elementa ad essentialē petitionis requisita in ea contineantur (can. 1708), quoad formam num quae iure statuitur servata sit (can. 1706—1707). Iudex debet examinare an lex aliquam actionem concedat in casu; non tenetur examinare probationes, si quae fuerunt allegatae aut exhibitae, e. g. documenta" (*De Processibus*, 1926, n. 280, 2). Itaque in decreto S. R. Rotae in una coram Mattioli, 27 sept. 1949 legitur: „...iudici nullo modo licet, in sede admissionis libelli, i. e. antequam instructio causae initium sumat, ac materia circa quam a partibus praebatur, de merito quaestionis utcumque iudicium proferre" (apud Torre, *Processus matrimonialis*, ad Art. 57).

Quibus tamen expositis, petitionem non solum temere sed et perperam immuno exhibitum esse nonnumquam patebit, Quod si constet, iudicem qui libellum extemplo reiciat minime criminamur. Id iam concessit Sacra Romana Rota in decretis coram Mattioli diebus 11 maii 1949 et 15 maii 1954, ubi recurrentes contra reiectionem libelli documenta et argumenta adeo inter se pugnantia obtulerunt ut falsitas rei esset in aperto (Torre, *ibid.*). Falsitas tamen „tam evidens esse debet ut impugnationi vel discussioni cuilibet aditum claudat" (*ibid.*). In his tamen decretis non agebatur de falsitate quam tribunal primae instantiae, instituta investigatione praeiudiciali, detexit, sed de documentis quae recurrentes, ad ius suum probandum, ulti obtulerunt, quaeque tribunal perpendere debuit. Nihilominus etiam in prima libelli oblatione, aperta et inconcussa falsitas rei assertae sufficit ut libellus reiciatur — ita Lega post Pellegrini (II, p. 517, nom. 7). At non propterea tribunal instructionem causae contra legis praescriptum anticipare potest vel aliis informationibus meritum causae respicientibus uti potest, ut libellum admittat aut reiciat. Cuius rei exempla habeantur in causa *Petriculana*, 31 maii 1941, apud SRR die 27 maii 1950 et apud Sig. Apostolicam die 7 nov. 1950, apud *Diritto Ecclesiastico* 61 (1950) 140 et 62 (1951) 261, neconon Neo Eboracen *ibid.* 61 (1950) 429 sq.

Paucis ergo asserta nostra restringentes, investigationem praeiudiciale meritum cause respicientem admissioni vel reiectioni libelli praemittere nefas esse opinamur. Haec enim investigatio lege prohibita est; contra logicum ritus ordinem peccat, quia obiectum iudicii prius statui debet; supervacanea est, quia libello perpendendo non inservit; partialis est causae instructio, ideoque imperfecta, cum gravi errandi periculo; actoris ius laedit quem, quominus iudicium instauret et probationes

suas tribunali exhibeat, impedit. Ideoque propositis dubiis ita respondeamus:

Ad primum. Negative, seu non posse.

Ad secundum. Praevisum in primo.

Tłumaczenie wyżej przytoczonych tekstów nie nasuwa żadnych wątpliwości. Styl jest zrozumiały, a składnia prosta. Wniosek końcowy: praktyka sądowa winna ściśle przestrzegać zawartych w nich postanowień.

Bp Edmund Ilcewicz

Sufragan Lubelski

Oficjał Trybunału Lubelskiego

Lublin, dn. 2 kwietnia 1975 r.

Listy postulacyjne

O listach postulacyjnych¹ występujących w procesie beatyfikacyjnym mówi kanon 2077. Przez te listy rozumie prawodawca specjalne pisma, w których osoby piastujące wyższe godności kościelne lub cywilne oraz osoby prawne (moralne) proszą papieża, aby zezwolił na wprowadzenie sprawy beatyfikacyjnej przed trybunał Stolicy Apostolskiej (albo na rozpoczęcie procesu kanonizacyjnego). Do czasu reformy procedury beatyfikacyjnej dokonanej w 1969 r. (*Motu propr. Sanctitas clarior*) listy postulacyjne przedstawało się po ukończeniu procesu informacyjnego (diecezjalnego). Obecnie pisze się je przed zwróceniem się biskupa do Stolicy Apost. o otrzymanie pozwolenia (*nihil obstat*) na rozpoczęcie procesu kognicyjnego w diecezji. Oczywiście dla spraw, które zostały rozpoczęte według poprzedniej procedury, listy postulacyjne składa się przed uzyskaniem dekretu „wprowadzenia sprawy” (*introductio causae*). Nadto składa się listy postulacyjne razem z prośbą o wznowienie sprawy osoby beatyfikowanej, czyli dla rozpoczęcia procesu kanonizacyjnego.

Listy postulacyjne nie są konieczne, ale są pożyteczne. Obecna praktyka sądowa nie przypisuje do nich większej wagi, ale nie można ich pomijać w całości dokumentacji przedstawianej Stolicy Apost., stąd i kanoniści muszą znać zasady prawne i normy zwyczajowe odnoszące się do tych pism.

Według kan. 2077 i dekretu Kongregacji Obrzędów² z dnia 15. I. 1935

¹ Literatura kanonistyczna niewiele zajmuje się tą kwestią, nawet w dziełach poświęconych ex professo zadaniom postulatora, zob. np. Padacz Wł., Machajek M., *Sprawy beatyfikacyjne na terenie diecezji*, Poznań 1957 s. 321—322, Mitri A., *De figura iuridica postulatoris in causis beatificationis et canonizationis*, Roma 1962 s. 119.

² S. R. C., decr. *Quum non unus*, § 1, AAS 27 (1935) 58—59. Uwagi do tego dekretu napisał F. Roberti, *Apollinaris* 8 (1935) 356—357.